



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Vigesima sexta causa. Bisdena sexta sunt sortilegi reprobari. Septem quæstiones vigesimæ sextæ causæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Et si decet fidem sanctorum Patrum in ecclesia servari  
Dei, ut quod habuit amittat, qui improbabiliter  
mentem, quod non accepit, assumperit.

**C. XXIII.** *¶* Privilegium amittat, qui sua  
potestate non legitime utitur.  
Item Simplicius Papa, epist. 2. Ioanni Episcopo Raven-  
nensi, post pauca, quibus ab illicita eorum  
ordinatione prohibuit.

**D**ignitatem autem, quod si posthac quidquam  
de presumptis, & aliquem seu Episcopum, seu  
Presbyterum, seu Diaconum invitum facere forte credi-  
deris, velinationes tibi Ravennatis ecclesie, vel Amili-  
censis secretis auferendas.

**C. XXIV.** *¶* In ordinandi amittunt, qui imme-  
ritum consecrant.  
Item Leo Papa, epist. 83. ad Episcopos  
Africanos.

**E**t qui Episcopi talem consecraverint sacerdotem,  
qualem esse non licet, etiam si aliquo modo da-  
mnum proprii honoris evaserint, ordinationis tamen  
irritas non habebunt: nec unquam ei sacramento  
intermittent, quod neglecto divino iudicio, immerito præ-  
stitum.

**C. XXV.** *¶* Episcopalis dignitas civitati subtra-  
hatur, quæ suis præfules inter-  
mittit.

Vide Gelasius Papa, scribit.

**T**ada nos Syllacorum & cædes geminata Pontifi-  
cum, horrendi criminis atrocitate confundit, ut diu  
constitutio nostræ deliberationis hæsitaret: dum & in-  
terere quempiam patricialibus exemplis derideremur  
Anathematis, & ecclesiam utrunque desitutum non usque  
recedo iudicatemus relinquendam. Quapropter iam  
velut aliam, contuerudinemque sacrilegam declinantes,  
equeus religioni duximus consulendum, ut parochia  
viva ob excommunicatis sacerdotibus gubernetur, quæ  
vobis commanentes ferro didicist necare pastores, in-  
auditoque favore (quod etiam in illis provinciis nus-  
quam potius legitur accidisse, quæ bellorum continuis,  
diversaque incursionibus affliguntur) hæc sit reperta  
civitas, quæ præfules ministrantes sibi fidei Christianæ  
sacramenta, sine persecutore profertant. Curandum  
est igitur, ut illic funesta pernicies cessatione propi-  
orum sanctorum hæsitatum: atque ita saltem furoris tanti  
materia subtrahatur, si in quam hæc possit acerbitas  
perpetuari, confitens ibidem persona defuerit, eoque  
modo vel illa civitas, dum in quos deserviat non habe-  
bit, ab huiusmodi temeritate desistat, vel aliis imitandi  
contagia dita non præbeat. Egeat ergo Episcopalis  
libertatis sibi non aliunde pensandis s. quæ sacram in  
suo gremio collocatam suo crudeliter maculat sangui-  
nedignitatem: quia in utroque hæc est ultione plecien-  
tia, sive infamia domestica, seu furis incitata nefas hoc  
committit externis. Præbeat ergo dilectio vestra in hoc  
statu potest ministerium visitationis ecclesie, & aut con-  
veniendo pariter, aut vicissim, prout qualitas rerum,  
conditioque poposcerit, divina ministeria & representent  
ingratis, ne cum devitamus zizaniam, Dominica videamur  
præterite frumenta.

*¶* In Episcopo, & apud Anathemam & Ivonem continuo sequi-  
tur c. compertum. f. de consecratione dist. 2.  
3. pari. Hæsitatis quoque, vel paupertatis necessitate Epi-  
scopalis satus, vel mutatur, vel due in unam rediguntur: sicut

a. Anst. lib. 4. c. 33. l. 1. p. 6. c. 73. b. Supr. dist. 74. ubi iste, s.  
demonstratum. c. Supr. q. 1. si quis. Anst. l. 6. c. 74. l. 1. p. 5. c. 202.  
d. Profr. 13. in. Anst. l. 6. c. 148. e. al. Squallatorum: al.  
Syllacorum. l. 1. p. 1. c. 1. f. al. de p. 1. g. al. mysteria.

sup. in tit. de mutatione Episcoporum, B. Gregorius a secisse legi-  
tur. Non ergo privilegia ecclesiarum sic irviolata permanere censetur,  
ut quibusdam de causis interventibus Apostolica auctoritate  
eis derogari non possit: alioquin multitudo ecclesiarum ad paucita-  
tem rediret, cum innumera ecclesia in diocesibus aliarum fre-  
quenter condita inveniantur. Serventur ergo privilegia ecclesiarum  
cunctis inconvulsa temporibus: ne videlicet præter eorum auctori-  
tatem, a quo data sunt, contra ea liceat ire alicui. *¶* Sed obi-  
citur illud Symmachi Papa. [Possessiones v. quas unusquisque  
ecclesie suo relinquere arbitrio, &c.] quæ sup. in tit. de alienatione  
reum ecclesiasticarum leguntur ascripta. Unde datur intelligi,  
quod ea, quæ de iure unusquisque ecclesie, vel necessitati, sicut pere-  
grinis, vel pietatis intuitu, sicut religiosi domibus conferuntur, non  
perpetuo, sed temporaliter ab eis, quibus conferuntur, sunt possiden-  
da. Quamquam illud Symmachi ad necessitatis intuitum, non ad  
pietatis prospectum posse referri: videlicet, ut ea, quæ peregrinis  
vel captivum largiri necessitas fuisse, non ea, quæ religiosi domibus  
ob quietem religiosa conversationis concessa sunt, prohibeantur per-  
petuo possideri. Vel potius de utrisque intelligendum est: videlicet,  
ut sicut necessitatem patientes cessante necessitate beneficii renuntians  
coguntur, quæ eum miserationi indulst intuitu, sic religiosi venien-  
tes, cum a religione cessaverint, privilegia exuantur, quæ religiosa  
conversatio meruit. Privilegia ergo, quæ religiosi domibus conse-  
crantur, vel in eo casu accipienda sunt, in quo ita eis consultitur, quod  
nulli aliquid derogatur, videlicet ut ex novatibus, quorum decima-  
tiones nulli assignate fuerant, privilegiorum auctoritate decimas a-  
liquis persistere non cogantur, vel si propter instantem tempore  
necessitatem eis consulti non poterit, nisi aliis derogetur, ita privile-  
giorum auctoritas videatur esse servanda, ut eorum subveniat  
inopia, non ut suarum devotiarum augmento, & possessionum non  
modica extensione preterita, baptismales, seu parochiales & ecclesia  
penitus destruantur.

**CAUSA XXVI.**

**U**idam sacerdos fortilegus esse & divinus convinci-  
tur apud Episcopum: correptus ab Episcopo noluit  
cessare: excommunicatur: tandem agens in extre-  
mo, reconciliatur a quodam sacerdote, Episcopo in-  
consulto: indicitur sibi penitentia sub quantitate  
temporis canonibus præfixa.

1. Hic primum queritur, qui sint fortilegi.
2. Secundo, an sit peccatum esse fortilegum.
3. Tertio, a quibus genus divinationis sumptis exordium.
4. Quarto, quot sint genera divinationis.
5. Quinto, an fortilegi vel divini sint excommunicandi, si cessare noluerint.
6. Sexto, an excommunicatus ab Episcopo possit reconciliari a Presbytero, illo inconsulto.
7. Septimo, si morientibus est indicenda penitentia sub quantitate temporis.

**QVÆSTIO I.**

**Q**ui sint fortilegi, Illidorus diffinit Etymologiarum, lib. 8.  
cap. 9. ita dicens.

**C. I.** *¶* Qui sint fortilegi.

**S**ortilegi d sunt, qui sub nomine fictæ religionis, per  
quasdam, quas sanctorum fores vocant, divinationis  
scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum  
inspektione, futura promittunt.

**QVÆSTIO II.**

**Q**uid autem sortes exquirere peccatum non sit, & exem-  
plis, & auctoritatibus probatur. Cum enim Achar e  
de anathemate sortibus subripisset, & ob eum pecca-

a. 7. q. 1. ca. pastoralis. c. temporis. 7. q. 1. c. temporalis. & c. tempo-  
rii. & 16. q. 1. c. & temporis. b. 16. q. 1. possessiones. c. al. paro-  
chiana. d. Rabanus de magorum præfignis. l. 1. p. 1. cap. 21.  
e. al. Achan.



zuzi populus casus apud Nay hostibus terga dedisset, precepit Dominus a Iosue, ut fortibus exquireret, quo peccante populus in manibus hostium cadere meruerat. Iosue preceptum accipiens misit fortes; primum super tribus, deinde super familias, demum super personas: & ita cecidit fors super Achar. Saul b quoque cum pugnantem contra Philisteos iurasset se interfectorum, quicumque ante solis occasum de populo comederet, forte deprehendit Ionatham filium suum mel comedisse, quod seipso acceperat: quem cum morti tradere veller, populo supplicante revocavit sententiam. Ionas c quoque cum a facie Domini fugeret, a navis forte deprehensus, in mare dejectus, & cetero est absorptus. De d Zacharia etiam legitur, quod forte exiit, ut incensum pareret. e Matthias vero a B. Petro, forte in Apostolatum, & Iuda siccessor eligitur. Quod ergo tantorum exemplis probatur, patet malum non esse.

C. I.

Unde etiam Augustinus ait in lib. Psalmorum, in Ps. 30. concione 2. ad versic. [In manibus tuis fortes.]

**S**ors non f aliquid mali est, sed res est in dubitatione humana, divinam indicans voluntatem.

2 pars. His ita reseruitur. Antequam Evangelium claresceret, multa permittentibus, que tempore perfectiori disciplina penitus sunt eliminata. Copula namque sacerdotalis, vel sanguinivocorum nec legali, nec Evangelica, vel Apostolica auctoritate prohibetur. Ecclesiastica tamen lege penitus interdicitur. Sic & fortibus nihil mali inesse monstratur, prohibentur tamen fidelibus, ne sub hac specie determinationu ad antiquas idololatricas cultus redirent. Unde quibusdam constellationes, & futurorum signa custodiuntibus Apostolus g ait: [Dies observati, & mensis, & tempora, & anni. Vnde timeo, ne forte sine causa laboraverim in vobis.] Sic & Astrologia, seu & Astrologia apud catholicos in desuetudinem abiit; quia dum propria caritate hi nimis erant inveni, minus vacabant his, que salutem animarum erant accommodata.

C. II. ¶ Exemplo Iona vel Matthias non oportet fortibus credi.

Quod autem fortibus credi non oportet Hieronymus testatur, scribens super Ionam, c. 1.

**N**on statim b debemus sub exemplo Ione fortibus credere, vel illud de actibus i Apostolorum huic testimonio copulare, ubi forte in Apostolatum Matthias eligitur; cum privilegia i singulorum non possint legem facere communem.

i ¶ Cum privilegia] Hac usque ad finem sunt addita ex B. Hieronymo. Referuntur enim a Beda ex eodem, infra ead. c. non exempli.

C. III. ¶ Ad secularia negotia, divina oracula non sunt convertenda.

Item Augustinus ad inquisitionem Lanuaris epist. 119.

**H**ilique k paginis Evangelicis fortes legunt, est optandum est, ut id potius faciant, quam ad demonia consulenda concurrant, tamen etiam ista mihi displicet, consuetudo, ad negotia secularia, & ad vita huius utilitatem, propter aliam vitam loquentis oracula divina velle convertere.

C. IV. ¶ Exemplo Matthias vel Iona non est indifferenter fortibus credendum.

Item Beda super Actus Apostolorum, ad c. 1.

**N**on b exemplo Matthias, vel quod Iona Propheta forte deprehensus sit, indifferenter fortibus est credendum; cum privilegia singulorum (ut Hieronymus ait) communem legem facere omnino non possint. & infra. ¶ Si qui tamen necessitate aliqua compulsi Deum putant fortibus exemplo Apostolorum esse consulenda

a Iosua 7. b 1. Reg. 14. c Iona 1. d Luc. 1. e Act. 1. f Pamm. lib. 1. c. 77. g Gal. 4. h Iosua p. 11. c. 21. Pamm. lib. 1. c. 73. i Act. 1. k Iosua p. 11. c. 29. Pamm. lib. 1. c. 74. l Sap. ead. non statim. Pamm. lib. 1. c. 28. ad c. Iona.

dum, videant hoc ipsos Apostolos non nisi collectio totum coetu, & precibus ad Deum fuisse egisse.

C. V. ¶ Non sunt observanda que a divinis precipiuntur, quamvis ea contingant, que ab eis pronuntiantur.

De divinis vero scribit Augustinus lib. 3. super Deuter. c. 19. ita dicens.

**I**ntelligi voluit a Dominus etiam illa, que a divinis libris non secundum Deum dicuntur, si acciderint, que dicuntur, non accipienda sic, ut fiant que precipiuntur ab eis, aut colantur que coluntur ab eis.

C. VI. ¶ Institutiones hominum que sunt superstitiosae, vel non.

Idem in lib. 2. de doctrina Christiana, c. 19. 20. Et 21.

**I**llud b quod est secundum institutiones hominum partim superstitiosum est, partim superstitiosum non est. Superstitiosum est, quidquid institutum est ab hominibus ad faciendam & colendam idola personam vel ad colendam sicut Deum creaturam, partem vel creaturam: vel ad consultationes, & pacta que sunt significationum cum demonibus placita, atque fabricata, qualia sunt molimina magicarum artium: que quidem commemorare potius, quam docere adhiberi poetar. Ex quo genere sunt, sed quasi incerti vane te, Aruspicum & Augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligature atque remedia, que medicorum quoque disciplina condemnat, sive in precationibus, sive in quibusdam notis, quas charactere vocant, sive in quibusdam rebus suspendendis atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes aut occultas, aut etiam manifestas, que eminentiori a nomine Physicam vocant, ut quasi non superstitiosum & implicare, sed nature professe videantur sicut sunt in aure in summo aurium singularum, aut de cruthiorum ossibus anulus in digitis, aut cum tubidicitur singulanti, aut dextera manu sinistram pollicem teneas. His adiunguntur millia inanissimarum observationum, si memorum aliquid salient, si praestitum ambulanti bus amicus, lepus aut canis, aut porci medius intervenerit. & infra. ¶ Hinc sunt etiam in limen calcare, cum ante domum suam transis: redire ad lectum, si quis, dum se caleat, sternataverit: redire domum, si procedens offenderit: cum vestis a fortibus toditur, plus timere suspicionem futuri mali, quam praesens damnum dolere. ¶ Neque f illi ad hoc genere superstitiosum perniciosae segregandi sunt, qui cum Genethliaci propter natalium dierum considerationes, nunc autem vulgo Mathematici vocantur. Nam & ipsi, quamvis veram stellarum positionem, cum quaque nascitur, conficiuntur, & aliquando etiam perscrutant; tamen quod inde conantur, vel actiones naturae vel actionum eventa predicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem. & infra cap. 23. ¶ Hoc autem genus fornicationis animae fabriciter divina scriptura non tacuit, neque ab eis sic deterruit animam, ut propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur a professoribus eorum, sed & sciant, si dixerint vobis, inquit, & ita evenierit, ne credatis eis. Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli Regi, quae praenuntiavit b, propterea talia sacrilegia, quibus illa imago presentata est, minus execranda sunt, aut quia in i Actibus Apostolorum femina ventrilocutorum testimonium perhibuit Apostolis Domini, idem

a Iosua p. 11. c. 29. infra ead. q. 1. c. ult. in fin. b Iosua p. 11. c. 29. c Iosua p. 11. c. 29. nec mirum, si ad hoc. d al. nomine nomine physica. e al. Superstitiosae. f C. 11. g Deuter. 1. Reg. 28. h Act. 16.



Paulus Apolos peperit illi Spiritui, ac non potius fecerunt illius demonii correptione atque exclusione mandant. Omnes igitur artes huiusmodi, vel nugarie vel noxie superstitiosis, ex quadam pestifera locustate hominum & demonum, quasi pacta infidelis & dolose amicitia constituta, penitus sunt repudianda & fugienda Christiano.

**C. VII. ¶ Non est vita, sed mors, inquisitio, vel curatio, qua à divinis, vel magicis expetitur.**

Idem in a. *lib. de Civitate Dei.*

¶ **¶** si sine Salvatore salutem vult habere, & sine vera sapientia xilimam prudentem se fieri posse, non solum, sed æger, non prudens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit, & in cæcitate noxia stultus ac demens permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à divinis & magicis, vel ab ipsis demonibus in idolorum cultura expetitur, mors potius dicitur, quam vita: & qui ea sectantur, si se non committant ad æternam perditionem tendunt, Psalmista dicitur: [Omnes dii gentium sunt demonia] qui per decipiunt homines, alios decipere quotidie gestiunt, ut periculis suis faciant eos esse participes. Itaque hæc non magica rituum ex d. traditione Angelorum multum in toto orbe terrarum plurimis saculis invaluit, per quasdam scientiam futurorum, & infernorum, & per inventiones eorum inventa sunt auspicia, & augurationes, & ipsa, quæ dicuntur oracula & necromantia.

**C. VIII. ¶ Christiana & vera pietas planetarios expulsi & damnat.**

Idem in *confessionibus lib. 4. c. 3.*

¶ **¶** planetarios, quos mathematicos vocant, plane contemnere non desistebam, quod quasi nullum esset sacrificium, & nullæ preces ad aliquem Spiritum ob divinationem dirigebatur. Quod tamen Christiana & vera pietas consequenter repellit & damnat.

**C. IX. ¶ Cultura est idololatris, auguria servare, & stellarum requirere corpus.**

Idem Hieronymus g.

¶ **¶** si quis deinde, quoniam qui h. fornicatur, in corpore suo peccat, non istud corpus solum, quod templum Dei est, sed & istud quod dicitur, quia omnis ecclesia corpus Christi est. Et in omnem ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculaverit, qui per anum membrum macula in omne corpus diffundit. ¶ Est & illud opprobrium Ægypti, quod hæc legentis, etiam post Iordanis transitum, & post baptismum, secundam circumcisionem, vetustæ constitutionis insultione suggeritur, observare auguria, requirere stellarum corpus, & eventus ex iis futurorum rimari, servare somnia, cæterisque huiusmodi superstitionibus implicari. Idololatris namque mater est Ægyptus, ex qua certum est huiusmodi opprobria pullulare, quæ, si transito jani Iordane susceperis, & his te rursus laqueis illigaveris, tecum sine dubio opprobria Ægypti trahis.

¶ **¶** hæc autem sortilegia k non usque adeo sunt detestanda, si, si aliqual de arca, vel torculari demonibus fuerit immolatum, quod rituum est illud credatur esse immundum: aut si ipsorum quod oblatum fuerit, à nobis ignorantibus sumi contigerit, ita certamen non deliquisti.

a Habemus in h. Rabani de Magorum sortilegiis. b Burc. l. 10. cap. 4. c. 1. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z. aa. ab. ac. ad. ae. af. ag. ah. ai. aj. ak. al. am. an. ao. ap. aq. ar. as. at. au. av. aw. ax. ay. az. ba. bb. bc. bd. be. bf. bg. bh. bi. bj. bk. bl. bm. bn. bo. bp. bq. br. bs. bt. bu. bv. bw. bx. by. bz. ca. cb. cc. cd. ce. cf. cg. ch. ci. cj. ck. cl. cm. cn. co. cp. cq. cr. cs. ct. cu. cv. cw. cx. cy. cz. da. db. dc. dd. de. df. dg. dh. di. dj. dk. dl. dm. dn. do. dp. dq. dr. ds. dt. du. dv. dw. dx. dy. dz. ea. eb. ec. ed. ee. ef. eg. eh. ei. ej. ek. el. em. en. eo. ep. eq. er. es. et. eu. ev. ew. ex. ey. ez. fa. fb. fc. fd. fe. ff. fg. fh. fi. fj. fk. fl. fm. fn. fo. fp. fq. fr. fs. ft. fu. fv. fw. fx. fy. fz. ga. gb. gc. gd. ge. gf. gg. gh. gi. gj. gk. gl. gm. gn. go. gp. gq. gr. gs. gt. gu. gv. gw. gx. gy. gz. ha. hb. hc. hd. he. hf. hg. hh. hi. hj. hk. hl. hm. hn. ho. hp. hq. hr. hs. ht. hu. hv. hw. hx. hy. hz. ia. ib. ic. id. ie. if. ig. ih. ii. ij. ik. il. im. in. io. ip. iq. ir. is. it. iu. iv. iw. ix. iy. iz. ja. jb. jc. jd. je. jf. jg. jh. ji. jj. jk. jl. jm. jn. jo. jp. jq. jr. js. jt. ju. jv. jw. jx. jy. jz. ka. kb. kc. kd. ke. kf. kg. kh. ki. kj. kk. kl. km. kn. ko. kp. kq. kr. ks. kt. ku. kv. kw. kx. ky. kz. la. lb. lc. ld. le. lf. lg. lh. li. lj. lk. ll. lm. ln. lo. lp. lq. lr. ls. lt. lu. lv. lw. lx. ly. lz. ma. mb. mc. md. me. mf. mg. mh. mi. mj. mk. ml. mm. mn. mo. mp. mq. mr. ms. mt. mu. mv. mw. mx. my. mz. na. nb. nc. nd. ne. nf. ng. nh. ni. nj. nk. nl. nm. nn. no. np. nq. nr. ns. nt. nu. nv. nw. nx. ny. nz. oa. ob. oc. od. oe. of. og. oh. oi. oj. ok. ol. om. on. oo. op. oq. or. os. ot. ou. ov. ow. ox. oy. oz. pa. pb. pc. pd. pe. pf. pg. ph. pi. pj. pk. pl. pm. pn. po. pp. pq. pr. ps. pt. pu. pv. pw. px. py. pz. qa. qb. qc. qd. qe. qf. qg. qh. qi. qj. qk. ql. qm. qn. qo. qp. qq. qr. qs. qt. qu. qv. qw. qx. qy. qz. ra. rb. rc. rd. re. rf. rg. rh. ri. rj. rk. rl. rm. rn. ro. rp. rq. rr. rs. rt. ru. rv. rw. rx. ry. rz. sa. sb. sc. sd. se. sf. sg. sh. si. sj. sk. sl. sm. sn. so. sp. sq. sr. ss. st. su. sv. sw. sx. sy. sz. ta. tb. tc. td. te. tf. tg. th. ti. tj. tk. tl. tm. tn. to. tp. tq. tr. ts. tt. tu. tv. tw. tx. ty. tz. ua. ub. uc. ud. ue. uf. ug. uh. ui. uj. uk. ul. um. un. uo. up. uq. ur. us. ut. uu. uv. uw. ux. uy. uz. va. vb. vc. vd. ve. vf. vg. vh. vi. vj. vk. vl. vm. vn. vo. vp. vq. vr. vs. vt. vu. vv. vw. vx. vy. vz. wa. wb. wc. wd. we. wf. wg. wh. wi. wj. wk. wl. wm. wn. wo. wp. wq. wr. ws. wt. wu. wv. ww. wx. wy. wz. xa. xb. xc. xd. xe. xf. xg. xh. xi. xj. xk. xl. xm. xn. xo. xp. xq. xr. xs. xt. xu. xv. xw. xx. xy. xz. ya. yb. yc. yd. ye. yf. yg. yh. yi. yj. yk. yl. ym. yn. yo. yp. yq. yr. ys. yt. yu. yv. yw. yx. yy. yz. za. zb. zc. zd. ze. zf. zg. zh. zi. zj. zk. zl. zm. zn. zo. zp. zq. zr. zs. zt. zu. zv. zw. zx. zy. zz.

**C. X. ¶ Non idem reliqua sunt immunda, quia ab arca vel torculari aliquid ad demonum sacrificia tollere.**

Unde Augustinus ad Publilianam, epist. 114.

¶ **¶** Ideo arca a vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia demoniorum sciente Christiano, idem peccat, quia b fieri permittit, ubi prohibendi potestas est. Quod si factum non comperit, aut prohibendi potestatem non habuit, utitur mundis reliquiis fructibus, unde illa sublata sunt.

**C. XI. ¶ Immunis est à reatu, qui emit, quod nescit idoli immolatum.**

Item Ambrosius in primam epistolam ad Corinthios, ad c. 10.

¶ **¶** licet aliquid c pollutum sit per accidentiam, id est, oblationem idoli, cum hoc tamen nescit, qui emit, nullum patitur scrupulum, & apud Deum immunis est.

**QVÆSTIO III. & IV.**

**A** Quibus autem genus divinationis a cordium sompniis, vel quot sint genera eius, Augustinus d. exposuit in libro de natura e demonum, ita dicens.

**C. I. ¶ De multiplici genere divinationis.**

¶ **¶** Gitur f genus divinationis à perlis i fertur allatum. Varro autem dicit divinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aërem, & ignem: hinc geomantiam, hydromantiam, aëromantiam, pyromantiam dicta autumat. Divini dicti sunt, quasi Deo pleni. Divinitate enim plenos se esse simulant, & astuta quadam fraudulencia hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera divinationis, ars & furor. Incantatores verò vocati sunt, qui artem verbis peragunt. Arioli vocati sunt, propterea quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt & funesta sacrificia offerunt, hisque celebratibus demonum accipiunt responsa. Haruspices nuncupari, quasi horarum inspectores. Dies enim & horas in agendis negotiis, operibusque custodiunt, & quid per singula tempora observare debeat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt. Augures sunt, qui volatus avium, & voces intendunt, aliisque signa rerum, vel observationes improvisas hominibus occurrentes ferunt. Iidem sunt & auspices. Nam auspicia sunt, quæ ite facientes observant. Dicta autem sunt auspicia, quasi avium spicia g, & auguria, quasi avium garris, id est, avium voces & linguæ. Item augurium, quasi avigerium, quod aves gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum, unum ad oculos, alterum ad aures pertinens: ad oculos scilicet volatus, ad aures vox avium. Pythones à Pythio Apolline dicti, quod is auctor fuerit divinandi. Astrologi dicti eo, quod in astris augurantur. Genethiaci appellati sunt propter natalitiorum considerationes dierum. Genetes enim hominum per duodecim cæli signa describunt, syderumque cursu, nascentium mores, actus, & eventus prædicere conantur: id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui nascitur. Hi sunt, qui vulgò Mathematici vocantur, cujus superstitionis genus constellationes Latini vocant, id est, notationes syderum, quomodo se habeant, cum quibus nascitur. ¶ Primum autem idem stellarum interpretes Magi nuncupabantur: sicut de his legitur in b Evangelio, qui natum Christum annuntiaverunt. Postea hoc nomine soli Mathematici dicti sunt. Cujus artis scientia usque ad Evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicujus de celo interpretaretur.

a Ivo p. 11. c. 99. b al. fi. c Ivo p. 11. c. 96. d Rabanus de Magorum sortilegiis. Isidor. l. 8. etymol. c. 9. e al. dromatose. f Burc. l. 10. c. 43. Ivo p. 11. c. 68. g al. aspicia. h Mut. 2. ff +



Horoscopi dicti, quod horas natiuitatis hominum speculenter dissimili & diverso fato. Sortilegi a sunt, qui sub nomine. *Et ut sup.* ¶ Salitores b vocati sunt, quia dum eis membrorum quacunq; partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari predicant.

1 ¶ *Pertis*] B. Augustinus in libro 6. de ciuitate Dei, cap. 31. de hydromantia loquens sic scribit: Quod genus diuinationis idem Varro a Pertis dicit illatum. Reliqua uero capitia sunt in libello Rabani de Magorum prestigiis, quem ipse ex uariis Augustini & Isidori locis collegit, & Gratianus saepe citat sub Augustini nomine.

2 pars. Quæritur autem de natura demonum, cuius natura sint, an futura præscire ualeant, uel quos modis futura præsciant.

C. II. ¶ Quot modis demones futura præsciant.

De his ita scribit Augustinus in eod. lib. de diuinatione demonum, cap. 2.

Sciendum e est hanc esse naturam demonum, ut aërii corporis sensu terrenorum corporum sensum facile præcedant, celeritate etiam propter eisdem aërii corporis superiori mobilitatem non solum cursu quoumbet hominum, uel ferarum, uerum etiam uolatus auium incomparabiliter uincant. Quibus duabus rebus, quantum ad aërium corpus attinet, præditi, hoc est, acrimonia d sensus, & celeritate motus, multo antè cognita prænuntiant, uel nuntiant, quæ homines pro sensu terreni tradite mirentur. Accessit etiam demonibus per tam longum tempus, quo eorum uita protenditur, rerum longè major experientia, quam potest hominibus propter breuitatem uita provenire. Per has efficacias, quas aërii corporis natura sortita est, non solum multa futura prædicant demones, uerum etiam multa mira faciunt: quæ quoniam homines dicere ac facere non possunt, eos dignos quidam, quibus seruiant, & quibus diuinos honores deferant, arbitrantur, instigante maxime uitio curiositatis, propter amorem felicitatis falsa atque terrena, & excellentia temporalis. ¶ 7. cap. 5. ¶ Nunc igitur, quoniam de diuinatione demonum quaestio est, primum sciendum est, illos ea plerunq; prænuntiare, quæ ipsi facturi sunt. Accipiunt enim potestatem, & morbos immittere, & ipsum aërem uitioso morbidum reddere, & peruersis, & amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere, de quorum moribus certi sunt, quod sint eis talia suadentibus consenturi. Suadent autem miris & inuisibilibus modis, per illam subtilitatem suorum corporum, corpora hominum non sentiuntum penetrando, seseque cogitationibus eorum per quadam imaginaria uisa miscendo, siue uigilantium, siue dormientium. ¶ Aliquando autem non quæ ipsi faciunt, sed quæ naturalibus signis futura prænoscent (quæ signa in hominum sensu uenire non possunt) antè prædicunt. Neque enim quia præuidet medicus, quod non præuidet eius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus est. Quid autem mirum, si quemadmodum ille corporis humani perturbata, uel modificata temperie seu bonas, seu malas futuras præuidet ualitudines; sic demon in aëris affectione sibi nota & nobis ignota futuras præuidet tempestates? Aliquando & hominum dispositiones non solum uoce prolatas, uerum etiam cogitatione conceptas, cum signa quadam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa futura prænuntiant, aliis uidelicet mira, qui ista disposita non noverunt. ¶ infra cap. 6. ¶ Fallunt & studio fallendi, & inuida uoluntate, qua

a Ead. q. 1. c. uenit. b al. salifatores. c Rabanus de Magorum prestigiis. Burch. lib. 110. c. 25. & 46. Ivo p. 11. c. 70. & 71. Pann. l. 1. c. 66. d al. acuminis. e al. notus. f al. gnomis.

hominum errore latentur. Sed ne apud cultores suu pondus auctoritatis amittant, id agunt, ut interpretibus suis, signorumque suorum coniectoriis culpabatur, quando uel decepti fuerint uel mentiti. ¶ Nunquam uero ipsi maligni spiritus, & illusores hominum, atque salutis eorum inuafores a, solent præcere defectum culturæ suæ, & idolorum tuam: quæ tenus præcii uideantur, quid in singulari regnis aut locis uenturum sit, & quid aduersi suæ factioni contingere possit: quod etiam illi, qui gentiliu historici loquunt, non ignorant. Quid ergo mirum si iam imminente templorum & simulachrorum euerfione, quæ Prophetæ Dei summi tantò antè prædixerant, Scrupulorum alicui cultorum suorum hoc de proximo prædidit, ut suam quasi diuinitatem recedens, uel fugam commendarer?

3 pars. Quod autem hominum dispensationes, cogitationes conceptas, per exteriore signa diabolus deprehendat, non firmius uidetur approbatum.

C. III. ¶ Quod ex corporeis moribus internis animi cogitationes diabolus deprehendat, occultissimæ est.

Unde idem Augustinus arii lib. 2. retrahitur, c. 30.

Q uodam b loco dixi, demones aliquando & hominum dispositiones non solum uoce prolatas, uerum etiam cogitatione conceptas, cum signa quadam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt. Rem dixi occultissimam, audaciori asseruatione quam debui. Nam peruenire ista ad notitiam demonum, per nonnulla etiam experientia comperitur est. Sed utrum quadam signa denur ex corpore cogitantium, illis sensibilia, nos autem latentia; an alia ui, & ea spiritali, illa cognoscant, aut difficilimè potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri.

QVÆSTIO V.

Q uod autem sortilegi & diuini, scilicet uoluerunt, excommunicandi sunt, ratione & auctoritate probatur. Etenim quoddam genus cultura idolorum, ex demones consultationibus futura prædicatur. Sicut enim auarus, qui cultum Deo debitorum, nommo impendit, idolorum cultor ab e. Apolloni nominatur; sic illi d, qui futura; quæ ex Deo oraculo monentur quam reuelata inueniuntur, uel demonum consultatione, uel quibuslibet prestigiis inuenire laborant, diuinitati iura tractare attemptant. Futura enim præscire, solius Dei est, qui in suis conspectu etiam Angelos illo præscire facit. Unde I. I. c. 11. [Ira & uisissima ammoniat me, & dico, quid Dñi estis.] Quætores uero idolorum a fidelium communiore separandi sunt. Vnde in epist. ad Corinth. Apostolus f. ait: [Si quis pater inuincat fornicator, aut auarus, aut idoli seruiens, cum ep. huiusmodi necesse est sumere.] Hinc etiam in decreto Gregorii junioris in Concilio Romano præsidenti, c. 12. legitur.

C. I. ¶ Anathema sit, qui arulos uel incantatores obseruat.

Si quis arulos g, aruspices, uel incantatores obseruerit, aut phylacteris usus fuerit, anathema sit.

C. II. ¶ Quæque uisio pantheæ, qui diuinationes expetit.

Item ex concilio Ancyrano, c. 23. al. 24.

Qui h diuinationes expetunt, & morem gentiliu i sublequantur, uel in domos suas huiusmodi homines introducunt, exquirunt 2 aliquid aru

a al. Inuifores. b Sup. cap. proximo. c Ephes. d Gal. e Efa. 45. sed paulo angustius. f 1. Cor. 1. g Poly. l. 1. c. 11. Burch. l. 10. c. 24. Ivo p. 11. c. 1. Pann. l. 1. c. 61. h Rabanus in p. c. 23. Et in concil. Parisien. lib. 2. c. 1. Poly. ibid. Burch. lib. 11. c. 1. Ivo part. 11. c. 1. Pann. l. 1. c. 62.



malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquenni  
faciant, secundum gradus poenitentia definitos, &c.

**C. II.** *Genitium* In greco impresso est. *ἡ γενεὴ*, sed in vetu-  
sti Vaticani, & apud Belfanensem, *ἡ γενεὴ*,  
**C. III.** *Execuendi* Græcè est, *ἡ ἐκτέλεσις*, *ἡ ἐκτέλεσις*,  
id est, ad inveniendâ medicamenta.

**C. III.** *Elementa colere, luna aut stellarum cur-  
sus in suis operibus Christianis servare  
non licet.*

*Item ex concilio Martini Papæ, [ id est, ex  
cap. Martini Bracarenfis,  
cap. 72.]*

**N**on liceat a Christianis tenere traditiones gentili-  
um, & oblectare, vel colere elementa, aut lunæ,  
artificialium cursus, aut inanem signorum fallaciam  
pro domo faciendâ, aut propter segetes, vel arbores plan-  
tandas, vel conjugia faciendâ. Scriptum est enim: *b*  
[Omnia que facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in  
nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agen-  
tes Deo.] *c* Nec e in collectionibus herbarum, quæ  
medicinales sunt, aliquas observationes aut incantatio-  
nes licet attendere: nisi tantum cum simbolo divino  
in oratione Dominica, ut tantum Deus creator omni-  
um, & Dominus honoretur. *d* Si quis autem paga-  
norum consuetudinem sequens, divinos & sortilegos in-  
dotaum suam introduxerit, quasi ut malum foras mirt-  
at, aut maleficia inveniant, vel lustrationes paganorum  
faciant, quinq; annis poenitentiam agant. *e* Mulieri-  
bus quoque Christianis non liceat in suis lanificiis va-  
nitate observare, sed Deum invocent adiutorem, qui eis  
sapientiam extendit donavit.

**C. IV.** *Sacro officio dediti, magi vel incanta-  
tores non sunt.*

*Item ex concilio Laodicensi, c. 36.*

**N**on oportet sacros officios deditos, vel clericos, magos,  
aut incantatores existere, aut facere phylacteria, quæ  
animarum suarum vincula comprobantur. Eos 1 autem,  
qui talibus rebus utuntur, projici ab ecclesia jussimus.

**C. V.** *Eos autem] Quæ antequam in hoc capite, sunt ex ver-  
sione Dorothei, quæ autem sequuntur, sunt ex præfata versione, quæ est  
medietate fidei.*

**C. V.** *Honore privetur Episcopus vel Presbyter,  
qui magi vel aruspices consulit.*

*Item ex concilio Toletano quarto, c. 28.*

**S**i quis Episcopus, aut Presbyter, sive Diaconus, vel  
quilibet ex ordine clericorum, magos, aut aruspices,  
aut incantatores, aut ariolos, aut certe augures, vel sor-  
tilegos, vel qui profitentur artem magicam 1, aut ali-  
quorum similia execrantes consuluisse fuerit depre-  
hensus, ab honore dignitatis suæ suspensus 2, monaste-  
riam 3 suscipiat, ibique poenitentiam perpetuam dedi-  
cat, sed admissum sacrilegii solvat.

**C. VI.** *Magiam] In antiquioribus conciliorum editionibus,  
dicitur codicibus Vaticanis, & Lucensibus regio, & Polycarpo legitur,  
et non aliquid.*

**C. VII.** *Suspensus] In omnibus conciliorum editionibus, & ma-  
gistris exceptis, quæ collata sunt, & Polycarpo est, de posi-  
tione. Sed in glossa non est mutatum.*

**C. VIII.** *Caram] Sic in veterioribus conciliorum editionibus, &  
dicitur Vaticanis codicibus: sed in recentioribus Coloniensibus est,  
et aliam, in codice autem regio, poenam.*

**C. VI.** *Debu qui augurii & divinationi-  
bus student.*

*a* Burch. lib. 10. cap. 3. *b* Coloss. 3. *c* Ibid. c. 74.  
*d* Burch. lib. 10. cap. 20. *e* Ivo p. 11. c. 47. *d* al. *e* Ibid. 71.  
*f* Burch. lib. 10. cap. 4. *g* Ivo part. 11. c. 34. *h* Ibid. c. 75. *i* Burch. lib. 10. c. 19.  
*j* Ivo p. 11. cap. 48. *k* Et in Agathensi, c. 63. *l* Rabanus ibi-  
dem. *m* Polyc. lib. 11. c. 3. *n* Pann. lib. 1. c. 63. *o* Rabanus ibi-  
dem. *p* Polyc. lib. 11. c. 3. *q* Pann. lib. 1. c. 63. *r* Rabanus ibi-  
dem. *s* Polyc. lib. 11. c. 3. *t* Pann. lib. 1. c. 63. *u* Rabanus ibi-  
dem. *v* Polyc. lib. 11. c. 3. *w* Pann. lib. 1. c. 63. *x* Rabanus ibi-  
dem. *y* Polyc. lib. 11. c. 3. *z* Pann. lib. 1. c. 63.

*Item ex concilio Agathensi a, c. 47.*

**A**liquanti clerici, sive laici student auguriis, & sub  
nomine sanctæ religionis per eas, quas sanctorum  
sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut  
quarumcumque scripturarum inspectione futura pro-  
mittunt. Hæc b quicumque clericus aut laicus dete-  
ctus fuerit, vel consulere, vel docere, ab ecclesia habeat-  
ur extraneus.

**C. VII.** *Sortes nihil aliud quam divinatio &  
maleficium esse decernitur.*

*Item Leo quartus Episcopus Britannia, c. 4.*

**S**ortes c, quibus cuncta vos in vestris discriminatis  
judiciis, (quod Patres damnaverunt) nihil aliud,  
quàm divinationes & maleficia esse decernimus. Quam-  
obrem volumus illas omnino damnari, & inter Christia-  
nos ultra nolumus nominari. & ne exerceantur d sub  
anathematis interdictione prohibemus.

*In epistola Leonis quartus (cujus pars extat in vetusto codice)  
c. 4. hæc leguntur. De experientia autem divinationum vel  
maleficiorum, scriptum quidem in sacris habemus ca-  
nonibus, ut ipsa ponamus ita: Quid divinationes, &c.  
sup. ead. ex concilio Anycranis. Vnde ad illorum similitudi-  
nem sortes, quibus vos cuncta in vestris discriminatis ju-  
diciis, nil aliud, quàm quod illi Patres damnarunt, di-  
vinationes & maleficium esse decernimus, &c.*

**C. VIII.** *Incantatores & sortilegos velut Chri-  
sti inimicos insequi oportet.*

*Item Gregorius Hadriano notario, lib. 9.  
epist. 47.*

**P**ervenit ad nos, quòd quosdam incantatores atq;  
sortilegos fueris infectus; & omnino nobis sollici-  
tudinem, zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. *e* 7.  
Et ideo studii tui sit sollicitè quærere, & quoscunque  
hujusmodi Christi inimicos inveneris, districta ultione  
corrige.

**C. IX.** *Excommunicetur clericus, monachus, lai-  
cus, divinationes, vel auguria, vel sortes  
secutus.*

*Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 42.*

**S**iquis clericus s. monachus, vel secularis, divinatio-  
nem, vel auguria crediderit observanda, vel sortes,  
quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscumque puta-  
verint inimandas, cum his, qui eis crediderint, ab ecclesiæ  
communione pellantur.

**C. X.** *Contra sortilegos, idolorum cultores, custo-  
dia pastoralis invigilet.*

*Item Gregorius lib. 7. epist. 66. ad lanuari-  
um Episcopum.*

**C**ontra idolorum g. cultores, vel aruspices, atque  
sortilegos, fraternitatem vestram vehementius pas-  
torali hortamur invigilare custodia, atque publicè in  
populo contra hujus re-viros sermonem facere, eosque  
à tanti læbe sacrilegii, & divini intentione judicii, & præ-  
sentis vite periculo adhortatione sua foras revocare.  
Quostamen, si emendare se à talibus, atque corrigere  
nolle repereris, ferventi comprehendere zelo te volu-  
mus: & si quidem servi sunt, verberibus, cruciatibusq;  
quibus ad emendationem pervenire valeant, castiga; e;  
si verò sunt liberi, inclusione digna, districtaque sunt in  
poenitentiam redigendi, ut qui salubria, & à mortis pe-  
riculo revocantia audire verba contemnunt, cruciatus  
saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat redu-  
cere sanitatem.

*Caput hoc locupletatum est ex epistola Gregorii, cum vestustis  
exemplaribus collata.*

*a* Et in Venet. c. 16. *b* Raban. ibid. *c* Burch. lib. 10. c. 27. *d* Ivo p. 11. c. 42.  
*e* Pann. lib. 1. c. 69. *f* al. ad hoc. *g* Ivo p. 11. c. 8. *h* Pann. lib. 1. cap. 70.  
*i* al. ut abscondantur. *j* Polyc. ibid. *k* Burch. lib. 10. cap. 4. *l* Ivo  
part. 11. c. 33. *m* Concor. concil. Altifod. c. 4. *n* Burch. lib. 10. c. 27.  
*o* Ivo p. 11. c. 32. *p* 99.



C. XI. ¶ Ab ecclesia separatur augurii & incantationibus de seruiens.

Item ex concilio Carthaginensi A. c. 89.

Augurii & ludicis superstitionibus, vel feris inhaerentem, à conventu ecclesiæ separandum [præcipimus.]

C. XII. ¶ Sortilegam & magicam artem Episcopi omnibus modis b. eummare student.

Item ex concilio Anquirensi 1. cap. 1.

Episcopi eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant, ut perniciosam, & à diabolo inventam sortilegam & magicam artem ex parochiis suis penitus eradicent: & si aliquem virum, aut mulierem huiusmodi sceleris sectatorem invenerint, turpiter dehonestatum de parochiis suis eiciant. Ait enim Apostolus e [Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devota sciens, quia subversus est, qui huiusmodi est.] Subversi sunt, & à diabolo captivi tenentur, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia quarunt: & ideo à tali peste debet mundari sancta Ecclesia. Illud f. etiam non est omitendum, quod quædam scelerata 2. mulieres retro post satanam conversæ, demonum illusionibus & phantasmatis seductæ, credunt & profitentur, se nocturnis horis cum Diana Dea paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitate nocturno silentio petrant, & certis noctibus ad eius servitium evocari. Sed utinam solæ in perfidia sua perissent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hac vera esse credunt, & credendo à recta fide deviant, & errore paganorum involvuntur, cum aliquid divinitatis, aut numinis extra unum Deum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo Dei omni instantia predicare debent, ut noverint hæc omnino falsa esse, & non à divino, sed à maligno Spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari. Siquidem h. ipse satanas, qui transfiguratur se in Angelum lucis, cum mentem cupiscunque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subjugaverit, illico transformat se in diversarum species personarum atque similitudines: & mentem, quam captivam tenet in somniis deludens, modo læta, modo tristitia, modo cognita, modo incognita personam ostendens, per devia quæque deducit: & cum solus Spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore evenire opinatur. Quis enim non in somniis & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo Spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel k. Propheta visiones Domini in Spiritu, non in corpore vidit: & Ioannes Apostolus l. Apocalypsis sacramentum in Spiritu, non in corpore vidit & audivit, sicut ipse dicit: [Statim, inquit, fui in Spiritu.] Et Paulus m. non aude dicit se raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annuntiandum est, quod qui talia, & his similia credit, fidem perdidit: & qui fidem rectam in Domino non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, id est, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: n. [Omnia per ipsum facta sunt, &c.] Quisquis ergo ali-

a Burch. l. 1. c. 7. f. 10 p. 11. c. 31. Pann. l. 2. c. 72. b al. viribus. c Burch. lib. 10. c. 1. & l. 19. credidisti quod multa. f. 10 p. 1. cap. 40. d al. maleficam. e ad Tit. 3. f. De Spiritu & anima. cap. 23. g al. infidelium. h Aug. ibid. i 2. Cor. 11. k Ezechiel 3. l Apocal. 1. & 4. m 2. Cor. 12. n Ioan. 1.

quid credit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius aut in deterius immutari: aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, & pagano deterior.

1 ¶ Anquirensi] Sic etiam in vetustis, Burchardus & Ioh. habent, Anquirensi. Verumtamen in concilio Anquirensi gratia latine, neque impresso, neque manuscripto, est inventum: licet quædam conciliorum ediderunt, asserant haberi in quorundam vetusto codice. 16. librorum partialium.

2 ¶ Scelerata] Fere eadem habentur apud B. Anquirensium in libro de Spiritu & anima, cap. 23. & in vita Damasci Papæ primi, quæ extat Roma in per vetusto de vitu sanctorum codice sanctæ Mariæ majori: ubi postquam aliquæ res factæ sunt ex synodo Romana, in qua Damascus Maccedonium & Apollinarem damnavit, asseritur, anathematizatos in ea synodo esse, maleficis, superstitionibus & incantationibus servientes. In quibus etiam mentio est huius mulierum, quæ se putabant nocturno silentio cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum super bestias equitare, & multarum spacia pertransire.

2 pars. Nonnulli invenuntur, qui interno livore permoti, perniciem suorum inimicorum altaria sacris vestibus exuunt, aut veste lugubri accingunt, vel consueta luminarium obsequia ecclesiæ Dei subtrahunt, vel Missam pro requie defunctorum promulgant, pro vivis celebrant hominibus.

C. XIII. ¶ Abjicitur sacerdos, qui huiusmodi maleficis operans dederit.

Quorum omnium maleficis nequissima Toletanum concilium 13. condemnat, dicens. c. 7.

Quicumque sacerdotum vel ministrorum deinceps causa cujuslibet doloris vel amaritudinis permotus, aut altare divinum vestibus sacris exuere præsumserit, aut qualibet alia lugubri veste accinxerit, seu etiam, si consueta luminarium sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit, & extingui præceperit, si cum antea veræ poenitudinis coram metropolitanis satisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetua mancipatus, iuxta superiorem sententiam Domini, loci sui dignitate se noverit & honore privari: illis proculdubio personis ab hac ultionum sententia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subversionem sanctæ fidei metuentes, aut hostilitatem vel obidionem perferentes, seu etiam divinatorum judiciorum sententiam metuentes, talia fecisse contigerit: in quorum facto plus humilitas, quæ Deum placatur, quam interni livoris dolositas declaratur. Plerique etiam sacerdotum faucibus inimicitie dolo missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi ut eis, pro quo ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interventu mortis incurrat periculum. Proinde nostræ elegit unanimis conventus, ut si quis deinceps talia perpetrasset fuerit detectus, à proprii deponatur ordinis gradu, & tam ipse sacerdos, quam etiam ille, qui eum ad talia peragenda in citasse percipitur, ex illius perpetui ergastulo religantur.

Præcipuum huius capituli usque ad vers. Plerique, est ex concilio Toletano, c. 7. Reliqua vero sunt ex 17. Toletano, c. 3. quorum conciliorum duo exemplaria sunt habita ex Hispania, & inde nulla hic emendata & addita.

3 pars. Ex præmissis & auctoritatibus colligitur, quod etiam maleficis, incantatoribus, & sortilegis, atque ceteri huiusmodi sectatores ab ecclesiis sunt eliminandi, & nisi respuerint, perpetuo excommunicandi. Sed quod in ultimo Anquirensi d. capitulo, quæ sunt per incantatores, non in corpore, sed in Spiritu fieri dicuntur, Augustinus in libro de civitate Dei videtur asserere, ita dicens.

a al. accingit. orig. b al. religantur. c Sup. ca. 1. p. 1. d al. Anquirensi.





in Dei potestate vult adorari? Nam tanta hebetudine demens affectus est Saul, ut ad Pythonissam confugeret. Depravatus enim causa peccati, ad hæc se contulit, quæ damnaverat. Sed si quis propter historiam, & ea, quæ verbis expressa sunt, putet non prætermittenda, ne ratio historix inanis sit, recte faciet quidem: si tamen minime istud ad veritatem rationem, sed ad visum & intellectum Saul. Neque enim reprobus factus poterat bonum intellectum habere. Historicus enim mentem Saul, & habitum Samuelis descripsit; ea quæ dicta & visa sunt exprimens, prætermittens si vera, an falsa sint. Quid enim ait? [Audiens, in quo habitu esset excitatus, intellexit, inquit, hunc esse Samuellem.] Quid intellexerit, retulit, & quia non bene intellexit, contra scripturam alium adoravit, quam Deum: & putans Samuellem, adoravit diabolum, ut fructum fallacie sue haberet Satanas. Hoc enim nitiatur, ut adoretur quasi Deus. Si enim illi verè Samuel apparuisset, non utique vir iustus permisisset se adorari, qui prædicaverat Deum solum esse adorandum. Et quomodo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virum perflentia, dignum ardore gehennæ: [Cras tecum eris?] His duobus titulis subtilitatem fallacie sue prodidit improvidus Satanas, & adorari se permisit sub habitu & nomine Samuelis, contra legem; & virum peccatis pressum, cum magna distantia peccatorum & iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum mentitus est. Verum potest videri, si de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat: ad eum enim transiit gravitatem, quem adoravit. Semper ergo diabolus sub yelamine latens, prodit se, dum ea confingit, quæ horreant & personis, per quas fallere nitiatur. ¶ Si autem aliquis mihi opponit, & dicit, quomodo eveniunt illa, quæ illi divini prædicunt futura? aut quomodo possunt agris præbere medelam, aut fanis immittere agritudinem, si aliquid propriæ virtutis ac potestatis non habent? hoc a me recipiat responsum: quod ideo quisque non debet eis credere, quia aliquando eveniunt quæ prædicunt, aut sanare videntur languidos, aut laedere sanos, quia hoc permittit Dei sit, ut ipsi, qui hæc audiunt vel vident, probentur, & appareat, quæ fide sint, vel devotione erga Deum. Sicut in Deuteronomio legitur, Moyses verbo Domini populo Dei præcepisse, ita dicens: [Si surrexerit in medio tui Propheta, aut qui somnium dicat se vidisse, & prædixerit signum, aut que portentum, & e venerit quod locutus est, & dixerit tibi: eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & serviamus eis, non audies verba Prophete illius, aut somniatoris: quia tentat, vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. In toto corde & in tota anima vestra Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timeate, mandata ejus custodite, & audite vocem illius, ipsi servietis, & ipsi ad hæbitis, &c.] Vbi sanè intelligi d. voluit, etiam illa, quæ a divinantibus non secundum Deum dicuntur, si acciderint s, quæ dicuntur, non accipienda sic, ut fiant quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur quæ coluntur ab eis. Nec præter suam potestatem Deus ostendit esse, quod illa contingunt: sed quasi quæreretur, cur ea permittat, causam tentationis exposuit, ad cognoscendam utique eorum dilectionem, utrum eam habeant erga Deum suum, cognoscendam verò ab ipsis potius, quam ab illo, qui scit omnia antequam fiant.

1 ¶ Suficitate] Apud Rabanum hic interponitur c. legitur. supra, ead. q. 3. & 4.  
2 ¶ Ad hæc] Bona pars hujus versiculi habetur apud B. August. l. 2. de doctr. Christi. cap. 20.

a 1. Regum 29. b al. abhorreant, alit. abhorrent à personis. Codic. Antwerp. c Deuter. 13. d Supra. ind. quæst. 2. intelligi.

3 ¶ Necided] Similia leguntur apud B. Augustinum lib. 1. de Trinitate, c. 7.  
4 ¶ Insunt] Usque ad vers. Præterea, sententia magna ex parte verba B. Augustini in lib. questionum super Exodum, c. 21.  
5 ¶ Si occiderit] Emendatus est hic locus ex B. Augustini, ut habetur, sup. ea. q. 2. d. intelligi. Apud Rabanum verò legitur, si acciderint, quæ dicuntur non accipienda: vel etiam fiant quæ præcipiuntur ab eis, vel colantur.

QVÆSTIO VI.

QVædam autem ab Episcopo excommunicatus, ea inconsulto ab alio reconciliari non possit, nisi forte per ejus metropolitani, vel per summum Pontificem, ratione & auctoritate probatur. Presbyteri namque, potestatem excommunicandi vel reconciliandi ab Episcopo accipiunt, non Episcopi à Presbyteris: quæ ab excommunicato ad sacerdotibus reconciliari non possunt. Reconciliatio namque, penitentium Episcopalis officii est, non sacerdotalis.

C. I. ¶ Penitentium reconciliatio, christiatus & puellarum consecratio à Presbyteris non fiunt.

Unde in concilio Carthaginensi secundo, cap. 3. Fortunatus Episcopus dixit.

Si jubet sanctitas vestra, suggero. Nam memini præterito concilio fuisse statutum, ut christiana, vel reconciliatio penitentium, nec non & puellarum consecratio à Presbyteris non fiat. Si quis autem emerit hoc faciens, quid de eo statuendum sit, Aurelius Episcopus dixit: Audivit dignatio vestra suggestionem fratris & Coepiscopi nostri Fortunati: quid ad hæc dicitis? Ad universis Episcopis dictum est. Christiatis consecratio, & puellarum consecratio à Presbyteris non fiat: vel reconciliare quemquam in publica Missa Presbytero non liceat, hoc omnibus placet.

Puellarum tamen consecratio, Episcopo consulto, per Presbyterum fieri valet.

C. II. ¶ Permissio Episcopi, virgines consecrare Presbyter valet.

Unde in Carthaginensi concilio tertio, c. 24.

Presbyter b, inconsulto Episcopo, virgines non consecret: christiana verò nunquam conficiat.

C. III. ¶ Nec Diacono administrare, nec penitentem in ecclesia benedicere Presbytero licet.

Item ex concilio Agathensi, c. 43. & 44.

Ministrare c. Diaconus, aut consecrare altare Presbyter non præsumat. ¶ Benedictionem quoque super plebem in ecclesia fundere, aut penitentem in ecclesia benedicere Presbytero penitus non licet.

Exco, quod ab Episcopo excommunicatus per sacerdotem reconciliari non potest. Sed notandum est, quod reconciliatio alia est publica, alia privata. Publica reconciliatio est, quando penitent ante ecclesiam ingressum publice representatur, & per impositionem manus Episcopalis ecclesia publica reconciliatur. Hæc sacrosancta videtur esse prohibita. Unde circa finem illius capituli non simpliciter prohibentur penitentes reconciliari, sed in publica Missa. Privata verò reconciliatio est, quando de occultis peccatis penitentes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliantur accedunt. Hæc reconciliatio potest fieri per sacerdotem.

C. IV. ¶ Insuavis Episcopi de occultis peccatis Presbyteri penitentes reconciliant.

Unde Evaristus Papa ait.

Presbyteri d de occultis peccatis, iussione Episcopi penitentes reconciliant: & sicut supra præmissimus infirmantes absolvant & communicent.

a Sent. 4. dist. 20. b Sentent. arch. c Cap. 44. d Burchard. lib. 18. c. 16. 100 p. 15. c. 38. C. V.



C. V. ¶ Si Episcopus absens est, per Presbyterum reconciliatur in periculo constitutus.

Item ex concilio Carthaginensi 2. c. 4.

**A**rtius a Episcopus dixit: si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari divinis altaribus petierit, si Episcopus absens fuerit, debet utique Presbyter consilium Episcopi, & sic periclitantem ejus præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab universis Episcopis dictum est. Placet, quod sanctitas vestra necessarîo nos instruere dignata est.

C. VI. ¶ Quæ mens moris reconciliatur, contra lesens sine communiione penitentia impletur tempus.

Item ex concilio Martini Bracarenfis, c. 82.

**Q**uidam b corpore exiens, novissimum & necessarium communionis viaticum expetit, non ei denegatur. Quod si in desperatione positus post acceptam communionem iterum sanus fuerit factus, tantum oratione participes sit, sacramentum vero non accipiat, donec constitutum penitentia impletur tempus. Qui ergo in cura mortis sunt, & desiderant accipere sacramentum, cum consideratione & probatione Episcopi accipere debeant.

C. VII. ¶ Sine manus impositione penitentes, resistentes de corpore reconciliantur.

Item ex concilio Arausico, c. 37.

**Q**ui recedunt de corpore penitentia accepta, placent sine reconciliatoria manus impositione eos ad communicare: quod morientis sufficit reconciliatori, secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congrue viaticum nominaverunt. Quod si supervenerint, in ordine penitentium, & ostensis necessariis penitentia fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant. Clericis quoque desiderantibus penitentia non est neganda. Si minus subito obmutescens (prout statutum est) baptizari, aut penitentiam accipere potest, si voluntatis præterea testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu. Amantibus etiam, quæcunque pietatis sunt, consideranda sunt.

1. [Reconciliationi] In originali impresso ac manuscripto, & apud Burcardum & Ivonem legitur, consolationi, aut consolatione.

C. VIII. ¶ Aliorum testimonio mortuus reconciliatus, si obmutuit, vel in phrenesim versus est.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 76.

**I**s b qui penitentiam in infirmitate petiit, si casu, dum ad eam sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate commoverit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat penitentiam: & si continuo creditur mortuus, reconciliatur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Si supervenerit, admonetur ad supradictis testibus petitioni sua satisfactum, & subdatur statutis penitentia legibus quædam sacerdos, qui penitentiam dedit, probaverit. Item cap. 76. ¶ Penitentes, qui in infirmitate viaticum Eucharistia acceperint, non se credunt absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

a. Sententia Burcardi lib. 11. ca. 31. lvo p. 11. c. 2. b. Et conc. Niceno 12. c. c. Burd. lib. 11. ca. 39. d. al. c. c. lib. 2. f. lib. 2. g. lib. 2. h. Cal. 5. ca. 75. Poly. d. lib. 2. Burd. lib. 11. ca. 31. lvo p. 11. c. 2. i. Burd. lib. 11. c. 35. lvo p. 11. c. 2.

C. IX. ¶ Cura & probatione Episcopi morientes reconciliantur.

Item ex Nicano concilio, c. 13.

**D**e a his vero, qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula observabitur etiam nunc: ita ut si forte quis recedit ex corpore, necessarîo vitæ suæ viatico non defraudetur. Quod si desperatus aliquis fuerit, debet utique Presbyter supervixerit, sit inter eos, qui sola oratione communicant. De omnibus enim his, qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem, cura & probatio sit Episcopi.

Canon hic est ex præfata versione, quæ est in collectione Isidori: & ibi est numero duodecimus: Græcè tamen, & apud Dionysium est, 13.

C. X. ¶ Non est neganda reconciliatio his, qui tempore necessitatis eam implorant.

Item Leo Episcopus ad Theodorum, epist. 89. al. 91.

**H**is, b qui in tempore necessitatis, & in periculi urgentis instantia præsidium penitentia, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordia Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur venia: i. moras conversio, dicente Dei Spiritu per Prophetam. c. [Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.] & infra. ¶ Quod si aliqua egritudine ita fuerint aggravati, ut quod paulo ante poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium & circumstantium prodesse debebunt, ut simul & penitentia, & reconciliationis beneficium consequantur: servata tamen regula canonum patrum circa eorum personas, qui in Deum à fide discedendo peccaverunt.

1. [Venia] Sic in conciliorum editionibus, & apud Ivonem, & infra de penitentia, dist. 1. c. multiplex. In codice autem epistolæ cum aliis sancti Leonis opusculis impressarum, & apud Burcardum, & in plerisque vetustis Gratiani legitur, venire moras.

2. [Poscebant] Quæ sequuntur, emendata sunt ex aliquo manuscripto Gratiani, & ipsiorum originali, cum in vulgatis paulo alter haberet.

C. XI. ¶ Non ressuatur ejus oblatio, qui festinans ad penitentiam, sacerdotem invenire non potuit.

Item ex concilio Epaunensi.

**S**i d' aliquis excommunicatus i fuerit mortuus, qui iam sit confessus, & testimonium habet bonum, & non poterat venire ad faceret orem, sed præoccupavit eum mors in domo, aut in via, faciãt pro eo parentes ejus oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captivis.

1. [Excommunicatus] Ad dicta est vox ista ex cæteris collectoribus.

¶ Ecco, quod Episcopo præcipiente penitentes de occultis peccatis, sive in periculo constituti per Presbyterum possunt reconciliari. Sed si necessitate mortis peccator urgetur, & Episcopus ita remotus est, quod Presbyterum consulte non possit, negabitur penitentia morienti? & beneficium reconciliationis non præstabitur penitenti, quem conversio Deus recipit ad veniam, iuxta illud: c. [In quacumque hora peccator conversus fuerit, &c.] & item: f. [Converimini ad me, & ego convertar ad vos.] ecclesia sibi reconciliare negliget? quem Deus antea suscipiavit, ecclesia sibi absolvere contemnet? damnabit absentis Episcopi, quem gratia divina præsentia illustrat per lavacrum regenerationis? Mortuus g succurrit etiam à laico, si Presbyter i desit. Cur ergo beneficio reconciliationis per

a. Bur. lib. 11. c. 6. lvo p. 11. c. 31. b. Infr. de penitentia, dist. 1. multiplex: s. his autem. Sen. 4. dist. 20. Bur. lib. 11. c. 4. lvo p. 11. cap. 29. c. Esa. 30. apud 70. d. Sen. 4. dist. 24. Burd. 11. c. 31. lvo p. 11. c. 29. e. 11. 4. Pan. lib. 1. c. 120. e. Ezech. 18. f. Mal. 3. g. Sup. de c. pan. dist. 1. ca. quem pœmet tanta. & dist. 6. c. 1. s. tanta itaq.

Presbyterum et subueniri non poterit, si contrigerit Episcopum deesse? si secundum Augustinum qui agens in extremis confitetur socio turpitudinem criminis, sit dignus venia ex desiderio sacerdotis, cur similiter non sit dignus reconciliatione ex desiderio Episcopi, qui sacerdoti non negat maculam suam reatus? Item morientibus penitentiam negare Presbyteri non debent.

C. XII. ¶ Reus est animarum Presbyter, qui penitentiam morientibus abnegat.

Unde Iulius Papa, ait.

Si a Presbyter penitentiam morientibus abnegaverit, reus erit animarum: quia Dominus dicit: b [Quacunque die conversus fuerit peccator, vita vivet, & non morietur.] Vera enim confessio e in ultimo tempore esse potest: quia Dominus non solum temporis, sed etiam cordis d inspector est: sicut latro unius momenti penitentia meruit esse in paradiso in hora ultima confessionis.

C. XIII. ¶ Penitentia morientibus non est neganda.

Item Coelestinus Papa ait in epist. 2. ad Episcopos Gallic.

Agnovimus e penitentiam morientibus denegari, nec illorum desideris annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horremus (tateor) tanta impietatis aliquem inveniri, ut de Dei bonitate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se expediri desiderat, & liberari. Quid hoc, rogo, aliud est, quam morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere; cum Deus ad subveniendum paratissimus, invitans ad penitentiam, sic promittat peccatori inquitens: g [In quacunque die conversus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei.] Salutem ergo homini admittit quisquis mortis tempore speratam penitentiam denegarit: & desperet de misericordia b Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere vel in momento posse non credit. Perdidisset latro i in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ penitentia non juvisset. Cum esset in poena, penituit, & per unius sermonis professionem, habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera h ergo ad Deum conversio in ultimis positurorum, mente potius est estimanda, quam tempore, Propheta / hoc taliter asserente, [Cum conversus in gemueris, tunc salvus eris.] Cum ergo sit Dominus cordis inspector, quovis tempore non est deneganda penitentia postulanti, cum ille se obliget iudici, cui occulta omnia noverit revelari.

¶ Redimere] Sic etiam est in manuscriptis, & in versioribus conciliorum editionibus. Verum in codice canonum impresso, & uno manuscripto, inter decreta Celestini num. 15. legitur, perdere. In recentiori autem Colonienfi conciliorum editione, utemq. apud Burch. & Ivonem est, pondere, quo se ille expediri desiderat, liberare.

Cui autem penitentia non negatur, nec reconciliatio sibi deneganda est. Inconsulto ergo Episcopo penitentem Presbyter, reconciliare non debet, nisi ultima necessitas cogat.

a Senten. 4. dist. 20. Bur. l. 18. c. 21. Ivo p. 15. c. 43. b Exech. 18. c conversio. Burchard. & Ivo. d Luc. 13. e In concil. Triboriensi sub Arnulpho, c. 31. Rabanus in libro pen. c. 38. Burchard. l. 8. c. 22. Ivo p. 15. c. 44. f al. pietate. In Moguntino sub Raba. c. 27. g Exech. 23. h al. clementia. i Luc. 23. k Bur. l. 18. c. 1. Ivo p. 15. c. 26. l Esa. 30. apud 70.

C. XIV. ¶ Inconsulto Episcopo penitentem Presbyter reconciliare, nisi ultima necessitas cogat, non debet. Unde in Carthaginensi a concilio 3. c. 22. legitur.

Presbyter b inconsulto Episcopo non reconciliat penitentem, nisi absente Episcopo ultima necessitas cogat. Cuiuscunque autem poenitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod uni versam commoverit ecclesiam, ante apud manus ei imponatur.

¶ Ecclesiam] Antea erat, urbem. Emendatum est ex plerisque conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Sorienfi regis, & Burchardo, & Ivone. In recentiore autem Colonienfi editione est, quod univ. ecclesia noverit.

QVÆSTIO VII.

De tempore vero satisfactionis, an sit imponendum mortui, Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus in penitentia sua ita diffinit.

C. I. ¶ In periculo confitens, penitentia quantitas non est imponenda, sed innotescenda.

Ab infirmis d in periculo mortis positus per Presbyteros pura inquirenda est confessio peccatorum, non tamen illis imponenda quantitas penitentiarum, sed innotescenda, & cum amicorum orationibus, & electorum synarum studiis pondus penitentia sublevandum, & forte migraverint ne obligati à communione & confortio venia fiant alieni. A quo periculo si divinitus certius convaluerit, penitentia modum à sacerdote e sibi impostum diligenter observet: & ideo secundum auctoritatem canonicam, ne illis janua pietatis clausa videatur, orationibus & consolationibus ecclesiasticis, sacra proclione olei inuncti f, secundum statuta sanctorum Patrum communione viatici reficiantur.

¶ Alis vero pro qualitate peccati, & praesentatione arbitrio, tempora penitentia decernenda sunt.

C. II. ¶ Presidentium arbitrio praesentantur tempora penitentiarum.

Unde Leo Papa epist. 57. ad Nicetan Episcopum, c. 6.

Tempora g penitentia habita moderatione constituenda sunt tuo iudicio, prout conversorum animos perspexeris esse devotos: pariter etiam habens aetatis lenitatis intuitum, & periculorum quorumcunque, aut aegritudinis respiciens necessitates. In quibus si quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc poenitet, de salute ipsius desperet, oportet ei per sacerdotalem necessitudinem communionis gratia subueniri.

¶ In epistola, & apud Burchard. & Ivonem has antecedunt.

His vero, de quibus dilectio tua nos credit consulendos, qui ad iterandum Baptismum vel metu coacti sunt, vel errore traducti, & nunc se contra catholica fidei sacramenta egisse agnoscunt, ea custodienda est moderatio, qua in societatem nostram non nisi per penitentiam remedium, & per impositionem Episcopalis manus, communionis recipiant unitatem: temporis penitentia habita moderatione tuo constituenda iudicio, prout, &c.

C. III. ¶ Et qualitas criminis, & contritio penitentium in satisfactione imponenda à sacerdote consideretur.

a Et in Afric. 10. b Sent. dist. 20. Burchard. l. 15. cap. 41. & 70. Ivo p. 15. c. 4. & 84. c al. necessitate cogente. d Sent. ibid. Bur. l. 18. c. 14. Ivo p. 15. c. 36. e al. suo confessore. f al. animati. g Cap. 13. c. 66. Poly. 13. tit. 10. Bur. l. 7. c. 24. Ivo p. 15. c. 242. h sic legunt Burch. & Ivo.



Item Nicolaus Papa.

**D**e his vero, qui pro criminibus poenitentiam egerunt, & ad cingulum militia revertuntur, constat eos contra factas regulas agere. Verum quia crimina non æqualia sunt, perhibesque alios horum propter nimiam hebetudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad paganos fugisse, tibi hoc committimus decernendum, nimirum, quia loca & tempora religionis b illius, & modum culpe, nec non & poenitentiam, & gemitus hominum ad confessionem venientium præfens positus inspicere valeas.

**C. IV. § De eodem.**  
Item ex concilio Laodicensi, c. 2.

**H**is qui diversorum peccatorum lapsus incurrun, & oratione, confessione, ac poenitentia malorum suorum perfectam conversionem demonstrant, pro qualitate peccati, poenitentia tempus attribuendum est, propter misericordiam & bonitatem Dei. Qui ergo huiusmodi sunt, revocandi, & ad communionem sunt applicandi.

[Orationem] & *Ἐσοκαρπιδέξαι τὴν ἁγιοσύνην* vs. *ἡσυχαστοῦ* vs. *ἡσυχαστοῦ*. quod Dionysius veritas, & perseverantes in oratione confessionis, & poenitentia: cum versis propriis accedit ad verba Græca, etiam in ceteris huius capiti perhibis, quam præfata: quam vos in hac etiam sententia committit.

**C. V. § Episcopi arbitrio pro qualitate peccati poenitentia tempora distribuamur.**

Item ex concilio Carthaginensi 4<sup>to</sup> tertio, c. 31.

**P**oenitentibus & secundum differentiam peccatorum Episcopi arbitrio poenitentia tempora decernantur.

**C. VI. § Sine personarum acceptione in poenitentia detur.**  
Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 74.

**S**acrosanctam poenitentiam imploranti absque personarum acceptatione poenitentiam secundum leges imparet. Negligentiores vero poenitentes tardius reconciliantur. Omni autem tempore jejunii manus poenitentibus a sacerdotibus imponantur. Diebus h autem reconciliantis poenitentes genua flectant, & mortuos in ecclesiam afferant, & sepeliant. Die 2 autem Dominico non jejunent. Nam qui Dominico die studiosè jejunat, non creditur esse catholicus. Poenitentes vero, qui leges poenitentiae intente exequuntur, si casu in itinere, vel in mari fuerint mortui, ubi eis subveniri non potest, memoria eorum & oblationibus, & orationibus commendentur.

[In ecclesiam] In recentiore Colonienf conciliorum editione legitur, ecclesia afferant. In antiquioribus vero editionibus, & duobus Vaticanis codicibus sic habet integer locus, mortuos ecclesia poenitentes afferant & sepeliant.

[Die autem Dominico] Pro his usq; ad vocem, catholicus, in can. 46. hac legitur. Qui Dominico die studiose jejunat, non creditur catholicus.

**C. VII. § Tempus poenitentia pro qualitate peccati impendatur.**  
Unde in octava synodo legitur.

**P**ro qualitate delicti tempus poenitentia impendatur. **P**ro qualitate delicti tempus poenitentia impendatur. **P**ro qualitate delicti tempus poenitentia impendatur. **P**ro qualitate delicti tempus poenitentia impendatur.

[aliqui] aliqui manus. b al. religio. aliqui. manus. c. burch. l. 19. c. 41. l. 100 p. 13. c. 38. d. In Afric. c. 101. e. Bar. l. 19. c. 41. l. 100 p. 13. c. 38. f. Bar. l. 19. c. 37. & 38. l. 100 p. 13. c. 37. g. al. persona. h. ibid. cap. 76. C. 10. C. 11. C. 12. C. 13. i. *ἡσυχαστοῦ* in regulis B. Basilii, c. 29.

**C. VIII. § Tempus & modus poenitentia delinquentibus, præfidentium imponatur iudicio.**  
Idem.

**H**oc fit in iudicio positum eorum, qui præfunt, vel quanto tempore, vel quali modo poenitere debeant, qui delinquant: quia ætas & eruditio multam haberi facit differentiam poenæ.

[Caput hoc habetur in libello beati Basilii de institutis monachorum Ruffino interprete, c. 90. Ibi enim ultima interrogatio est hæc. Qualibus correptionibus uti oportet inter fratres ad emendationem eorum, qui delinquant? Responsio. Hoc fit in iudicio positum eorum, qui præfunt vel quanto, &c. Itaq; ex interrogazione & responsione confectum est hoc caput, sicut & duo sequentia, que apud eundem Ruffinum leguntur.

[pats. Quo affectu poenitentem suscipere, & impoententem abscere debeamus, ex eadem synodo e videnter ostenditur, cum dicitur.

**C. IX. § Intimo charitativè affectu poenitentem debemus suscipere.**

**P**oenitentem a ex corde ita oportet suscipi, sicut Dominus ostendit, cum dicit, quia b convocavit amicos suos, & vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quam perdideram.

[Burchardus & Ivo citant ex dictis Basilii Episcopi, & in regulis illius brevioribus numero 8. est sententia huius capiti: quod tamen acceptum videtur ex c. 24. ejusdem libelli de institutis monachorum. Vbi secunda interrogatio sic habet. Poenitentes ex corde quomodo debent suscipi, pater? Responsio. Sicut Dominus ostendit, cum dicit, qui convocavit, &c.

**C. X. § Poenitentes legem Dei diligant, iniquitatem odio habeant.**  
Idem.

**A**ffectum illum in se recipiat poenitens, quem gerebat ille qui dixit: [Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.] sed & ea, que scripta sunt in sexto Psalmo, atque in quam plurimis aliis: sed & illa, que Apostolus dixit ad eos, qui secundum Deum contristati sunt. [Quantam, inquit, operatum est hoc ipsum in vobis sollicitudinem, sed excusationem, sed indignationem, sed emulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos castos i. esse negotio.] Sed & in his ipsis, in quibus deliquit, agens multa contraria & Zachæus fecit.

[Sententia huius capiti est in regulis brevioribus num. 5. Acceptum tamen videtur ex cap. 19. ejusdem commemorati libelli: in quo hæc est interrogatio. Quomodo quis debet poenitere in unoquoq; delicto? Affectum illum in se recipiens, quem gerebat ille qui dixit, iniquitatem, &c.

[Castos] Antea legebatur, cautos, emendatum est ex libello Ruffini: in vulgata est in contaminatos, græcè ἀβύς.

**C. XI. § Impoententes tanquam ethnici habeantur.**  
Idem.

**E**rga eum c qui peccata sua non poenit, tales esse debemus, sicut Dominus præcepit, d dicens: [sit tibi sicut ethnicus & publicanus:] & sicut Apostolus docuit e, dicens: [Subtrahite vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam tradidimus vobis.]

[Hoc etiam habetur in brevioribus num. 9. In eodem vero libello cap. 24. ultima interrogatio est hæc. Erga eum, qui non poenitet pro peccato, qualiter esse debemus, pater? Responsio. Sicut præcepit Dominus, dicens: Sit tibi, &c. Apud Burchardum & Ivonem, qui hæc citant ex dictis Augustini, incitum sic habet. Erga eum, qui non peccato commisso non poenitet, tales, &c. quod magis convenit

a Burch. l. 19. c. 39. l. 100 p. 13. c. 35. b aliqui. orig. c. Burch. l. 19. c. 41. l. 100 p. 13. c. 38. d. Burch. l. 19. c. 41. l. 100 p. 13. c. 38. e. Burch. l. 19. c. 41. l. 100 p. 13. c. 38. f. Burch. l. 19. c. 37. & 38. l. 100 p. 13. c. 37. g. al. persona. h. ibid. cap. 76. C. 10. C. 11. C. 12. C. 13. i. *ἡσυχαστοῦ* in regulis B. Basilii, c. 29.

908  
econclit  
cessitas  
in de vul  
ovicit ex  
non eff ex  
stano, s  
atq; tal  
dum non  
episcopos  
man  
Prebr  
orum  
ntie, sed  
eleemo  
n, &  
conlar  
itus cre  
te & thi  
adum us  
sacra ur  
orum fi  
sidentio  
ne confli  
aratis se  
que, aut  
si qui ita  
ate iustis  
dualiter  
cedunt.  
consulen  
acti sunt,  
sicut si  
est mode  
rentia  
nus, com  
nitudin  
rio, pro

cum predicta interrogatone, quam quomodo est apud Gratianum.

C. XII. ¶ Melius est errare in misericordia remittendi, quam in severitate ulciscendi.

Item Ioannes Chrysostronus. [id est, auctor operis imperfecti] homilia 42. ad c. 23. Mathi.

Allegant autem onera gravia & importabilia, &c. Tales sunt nunc etiam sacerdotes, qui omnem iustitiam populo mandant, & ipsi nec modice servant, videlicet, non ut facientes e sint iusti, sed ut dicentes, appareant iusti. Tales sunt & qui grave pondus venientibus ad poenitentiam imponunt: qui dicunt, & non faciunt: & sic, dum poena praesentis poenitentiae fugitur, contemnitur poena peccati futura. Sicut enim si falcem super humeros adolescentis, quem non potest bajulare posueris, necesse habet, ut aut falcem rejiciat, aut sub pondus, confringatur: sic & homini, cui grave pondus poenitentiae imponis, necesse est, ut aut poenitentiam tuam rejiciat, aut suscipiens, dum sufferre non potest, scandalizatus amittat peccet. Deinde, etsi erramus modicam poenitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem? Vbi enim paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est, ut quid sacerdos ejus austerus? Vis apparere sanctus? circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus.

¶ Vis apparere? Locupletatus est hic locus ex inducta homilia: cum antea legeretur, ut quid sacerdos ejus, austerus vult apparere.

C. XIII. ¶ Calendarum observationes agere non licet.

Item Martinus Bracarenensis, c. 74.

Non licet iniquas observationes agere Calendarum, & otiosi vacare gentilibus, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos: omnis enim hac observatio paganissimi est.

C. XIV. ¶ Anathema sit, qui ritum Paganorum, & Calendarum observat.

Unde Zacharias Papa in concilio Romano, cap. 9.

Si quis Calendas Ianuarias, & brumam ritu paganorum colere, vel aliquid plus novi facere propter novum annum, aut mensas cum dapibus vel epulis in domibus preparare, & per vicos & plateas cantiones & choros ducere praesumpserit, quod magna iniquitas est coram Deo, anathema sit.

¶ Hoc est caput novum in concilio Roma a Zacharia habito, quod asseratur in Vaticana bibliotheca: & inde nimis sunt emendata & addita. De hac autem superstitione Bonifacius legatus Germaniae episcopus, qua est in totius concilio, ad ipsum Zachariam multa scribit: cui Zacharias ultima epistola respondens, mentionem hujus concilii videtur facere his verbis. Et qui per instigationem diaboli iterum pullulabant, a die, qua nos iussit divina elementia (quamquam immeriti existamus) Apostoli vice gerere, illico omnia haec amputavimus. Idem prohibetur pluribus in canonibus, qui sexta synodo ascribuntur, c. 62. Et multa in huiusmodi superstitionem scribit Tertull. in libro de Idololatria, & alii graves auctores.

¶ Vel aliquid plus novi facere propter novum annum. Haec non sunt in codice istius concilii Vaticano.

C. XV. ¶ Infirmis hominum incantationes nihil remedii praestant. Item Augustinus.

a Matth. 23. b modicam. c al. faciendo, dicendo. d al. suavi. e al. dare. f Poly. l. 6. tit. 22. Bur. l. 10. c. 15. Ivo p. 11. c. 42. Poly. ibid. g Bur. l. 10. c. 16. Ivo p. 11. c. 43.

Admoneant autem sacerdotes fideles populos, ut novum riant magicas artes, incantationesque, quibuslibet infirmitatibus hominum, nihil remedii posse conferre: non animalibus languentibus, claudicantibus, vel etiam moribundis quidquam meliori: non a ligaturis ossium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitis, professe: sed haec esse laqueos, & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis a hac exercuerit, clericus degradetur, laicus anathematizetur.

¶ Caput hoc Burchardus & Ivo citant ex dictis Augustini, apud quem similia reperiuntur in loci allatis supra ead. q. 3. v. mirum. Sed eadem omnino verba prater ultimam clausulam in concilio Turonensi 3. cap. 42. & in adjectis Capitularibus, c. 94.

¶ Non ligaturus. Hinc usq. ad vers. professe, sunt addita ex concilio & capitularibus.

¶ Et si quis hac. Postrema hac tota clausula non igitur in concilio, neq. in capitularibus, sed apud Burch. & Ivo.

C. XVII. ¶ Dies Aegyptiaci, & Ianuarii Calenda non sunt observanda. Item Augustinus.

Non observetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut Calendas Ianuarii, in quibus cantilena quaedam, & comestiones, & ad invicem dona donantur, quasi in principio anni, boni fati augurio, aut aliquos menses, & tempora, aut dies, annos, aut lunas, solisque cursum, quia qui has, & quascunque divinationes aut fata, aut auguria observat, aut attendit, aut consentit observantibus, inutiliter, & sine causa, magis ad sui damnationem, quam ad salutem tendit: five qui per quosdam numeros litterarum, & Lunae, & per Pythagoricam necromantiam agitantium vitam, vel mortem, vel prospera, vel adversa futura inquirunt, five qui attendunt somnialia scripta, & libro Danielis nomine intitulata, & sortes, quae dicuntur sortium Apostolorum, & auguria avium, aut aliqui pro domo facienda, aut propter conjugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut peccata pro quavis infirmitate scripta super homines vel animalia ponunt, praeter symbolum, & orationem Dominicanam, aut magicis falsitatibus in e grandinarius tempestatis credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut suis domibus, introducunt, ut interrogent, sciant se fidem Christianam & baptismum praeritasse, & ut paganos, & apostatam, id est, retro abegissent, & Deimanicum, iram Dei graviter in aeternum, incurrisse: nisi ecclesiastica poenitentia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim Apostolus. d [Sive manducatis, sive aliquid aliud facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, in quo vivimus, movemur, & sumus.]

¶ In plerisque, vetustis exemplaribus est tantum, Item, & in Polycarpo etiam refertur sine auctoris nomine.

C. XVII. ¶ Grave peccatum est dies observare, vel menses, & annos.

De temporum quoq. observationibus scribit Augustinus in Enchiridio 1 c. 79.

¶ Vis affirmaret, quam magnum peccatum sit dies observare, & menses, & annos, & tempora, (sicut observant, qui certis diebus, sive mensibus, sive annis volunt aut nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum vanas doctrinas hominum fausta, vel infausa existiment tempora;) nisi huius mali magnitudinem, ex timore Apostoli pensaremus: qui talibus ait. [Timo, ne forte sine causa laboraverim in vobis.] Item per epistolam ad Galatas, ad v. 4. ¶ Intellegat i lector

a In Turonensi 3. c. 42. & in adjectis cap. c. 94. Poly. ibid. Bur. l. 10. c. 40. Ivo p. 11. c. 65. b Poly. l. 6. tit. 22. c al. & d x. Bur. l. 10. c. 17. e Beda Gal. 4. Ivo p. 11. c. 39. Pann. lib. 8. c. 1. f Gal. 4. Beda ibid. Ivo p. 11. c. 37.

tantum periculum animæ pertinere superstitiosas tem-  
porum observationes, ut huic loco subiecit Apostolus,  
[Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis.]  
Quod cum tanta celebritate atque auctoritate per orbem  
terrarum in ecclesiis legatur, plena sunt tamen conventi-  
cula nostra hominibus, qui tempora rerum agendam,  
à mathematicis accipiunt. Iam verò, ne aliquid inchoe-  
ret, aut xristificiorum, aut huiusmodi quorumlibet ope-  
rum, quibus quos Ægyptiacos vocant, sæpe etiam nos mo-  
nere non dubitant.

1 ¶ **Intelligat** B. Augustinus explanans ea verba Apo-  
stoli ad Gal. 4. Dies observatis, & mensis, & tempora, &  
annos: ipsa tam ad gentiles, quam ad Iudæos referri posse demon-  
strat, non subijungit. Ergo eligat lector, utram volet sen-  
tentiam, dummodo intelligat ad tantum, &c.

C. XVIII. ¶ **Sine incantatione herbas vel petras  
licet habere.**  
Item Hieronymus.

**D**emonium a sustinenti licet petras vel herbas habe-  
re sine incantatione.  
¶ **Bartholæus etiam, & Ivo citant ex dictis Hieronymi, sed  
Ivo quæ autem non nominat.**

CAUSA XXVII.

**Vidua vetus castitatis habens desponsavit sibi u-**  
**xiorem: illa priori conditioni renuntians, transiit**  
**in alium, & nupsit illi: ille, cui prius despon-**  
**sa fuerat, repetit eam.**  
¶ **Ha primam queritur, an conjugium possit esse  
inter voverentes.**  
¶ **Secundam, an sponsus à sponso recedere, & alii nubere.**

QUESTIO I.

**Q**uædam vidua, quæ religiose  
habitu nuptias elegerint,  
C. I. ¶ **Excommunicatur vidua, quæ religiose  
habitu nuptias elegerint.**  
¶ **In concilio nîmq; Carthaginensi quarto, cap. ult.  
statutum reperitur de viduis, quæ professas b  
continentiam prævaricatae sunt.**

**S**icut bonum est castitatis præmium, ita & majori  
obsequantia, & præceptione custodiendum est, ut si  
quæ vidua, quantumlibet adhuc in minoribus annis po-  
sit, & immatura ætate à viro relicta, se devoverint  
Domino, & relicta laicali abiectione, sub testimonio Episcopi  
in ecclesiâ religioso habitu apparuerint, postea verò ad  
nuptias seculares transferunt, secundum Apostolum da-  
mnationem habebunt, quia fidem castitatis, quam Do-  
minus voverunt, irritam facere ausa d sunt. Tales er-  
gone in convivio cum Christianis communicent. Nam  
si adulteræ conjuges reatu sunt viris suis obnoxie,  
quanto magis viduæ, quæ religiose mutaverunt, cri-  
mine adulterii notabuntur, si devotionem, quam Deo  
impie, & ad secundas nuptias transiit fecerint? Quæ  
postea delectatione irruente ab aliquo oppressa fuerint, ac  
per violentiam libidinis permanere in conjugio ra-  
compuncta teneantur s obnoxie. De talibus ait A-  
postolus, g [Cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt,  
habentes damnationem, quia primam fidem irritam  
fecerunt.]

1 ¶ **Immatura** In variis consilio-  
rum editionibus, & du-

a Poly. l. 1. c. 11. Burch. l. 1. c. 10. Ivo p. 11. c. 71. b al. pro-  
fissa. c Burch. l. 1. c. 10. Ivo p. 7. c. 11. d al.  
m. l. 1. c. 10. f al. tenebuntur. g 1. 1. 1. 1.

bus Vaticanis codicibus, & Sorianis regio legitur, matura. Ivo  
habet in matura.

2 ¶ **Neque convivio** Sic est emendatum ex manuscriptis  
Grætanis exemplaribus, expunctis verbis illis, donec ad bonum,  
quæ cœperant, revertantur: quæ ex capite sequenti videntur  
huc fuisse translata. In concilio autem impressis & manuscri-  
ptis codicibus, legitur: Tales ergo personæ sine Christiano-  
rum communione maneat, quæ etiam nec in convivio  
communicent.

3 ¶ **Adulteræ** Sic est emendatum ex memoratis concilio-  
rum exemplaribus. Nam antea legebatur: Nam si adulterii  
conjuges reæ sunt, si suis obnoxie viris non fuerint, quan-  
tò, &c.

C. II. ¶ **De viduis & virginibus, quæ à religio-  
nis proposito discedunt.**  
Item ex epistola Gregorii missa ad  
Bonifacium.

**V**iduas a proposito discedentes viduitatis, super  
quibus nos consulere voluit dilectio tua, frater cha-  
rissime, credo te nosse à sancto Paulo, b & à multis san-  
ctis Patribus, nisi convertantur, olim esse damnatas. Quas  
& nos Apostolica auctoritate damnandas, & à commu-  
nionem fidelium, atque à liminibus ecclesiæ arcendas fore  
censemus, usquequò obediant Episcopis suis, & ad bo-  
num, quod cœperunt, invite, aut voluntarie revertantur.  
¶ **De virginibus autem non velatis, si devia-**  
**verint, à sanctæ memoriæ prædecessore nostro Papa Inno-**  
**centio, taliter decretum habemus:** [Hæ e verò, quæ  
necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virgi-  
nali semper se simulaverunt permanere, licet velatæ non  
fuerint, si nupsierint, aliquanto tempore his agenda pœ-  
nitentia est: quia sponsio earum à Domino tenebatur.  
Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus nulla  
ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam  
cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit? &c.]  
¶ **Si virgines nondum velatæ taliter pœnitentia publica  
puniuntur, & à cœtu fidelium usque ad satisfactionem  
excluduntur, quanto magis viduæ, quæ perfectioris æta-**  
**tis, & maturioris sapientiæ atque consilii existunt, viro-**  
**rumque consortio multoties usæ sunt, & habitum religio-**  
**nis assumpserunt, & demum apostatae fuerunt, at-**  
**que ad priorem vomitum sunt reversæ, à nobis, & ab**  
**omnibus fidelibus à liminibus ecclesiæ, & à cœtu fide-**  
**lium usque ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceri-**  
**bus tradendæ, qualiter juxta Apostolum d Paulum tra-**  
**duentes huiusmodi hominem Satanæ, ut spiritus ejus salus**  
**sit in die Domini? De talibus enim & Dominus per Moy-**  
**sem loquitur, dicens: e [Auferte malum de medio ve-**  
**stri.] De quibus & per Prophetam ait: f [Lætabitur ju-**  
**stus, cum viderit vindictam: manus suas lavabit in san-**  
**guine peccatoris.] De talibus namque, & eorum simi-**  
**libus, atque eisdem consentientibus dicitur: g [Quia**  
**non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facien-**  
**tibus, rei sunt.]**

¶ **Sic etiam citant ceteri collectores. Habetur autem & pau-**  
**li etiam copiosius in capitularibus adjectis, c. 215.**

C. III. ¶ **Transire non possunt viduæ & virgi-  
nes post religionis propositum ad  
nuptias.**

Item ex decreto Gelasii Papæ ad Sicilienses Episcopos  
missi, cap. nono.

**N**eque h viduas ad nuptias transire patimur, quæ  
in religioso proposito diuturna observatione per-  
manserunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quæ

a Sent. 4. dist. 38. Anselm. l. 11. c. 177. Burch. l. 1. c. 45. Ivo par. 7.  
cap. 63. Pannorm. l. 3. c. 204. b 1. Tim. 5. c. Infra ead. Ha ve-  
rò. d 1. Corinth. 5. c. Deut. 13. f Psal. 57. g Rom. 3.  
h Poly. l. 4. tit. 35. Burch. l. 3. cap. 46. Ivo par. 7. c. 64. & 144. Pann.  
l. 3. c. 207.

